

Hymn.  
1.

Rbe qui, Præ-sul, ce-lebrá-ris omni, Omni- um  
vo-tis, et honó-re dignus; Te pi-æ mentis stú-di-o pe-  
rénni Hic ca-nit hymnus.

Véstibus donas própriis egéntem,  
dum riget totis fera bruma castris,  
quas ad ornátum sibi vult decéntem  
Christus in astris.

Iam status sordet tibi militáris,  
et calet pectus melióre flamma:  
tu sacer Christo sacra destináris  
miles ad arma.

Hoste cum multo subeúnda pugna,  
Mille cum monstris, vitiísque mille;  
ne qua commíssum fériat maligna  
pestis ovíle.

Tu simul morbis medicína cunctis,  
cómprimis mortem, retinésque vinctam,  
et potes rursum túmulo sepúltis  
réddere vitam.

Trínitas, unum veneránta numen,  
da tuæ laudis decus ad perénne,  
dulce Martíni celebráre nomen  
tempus in omne. Amen.